

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Vota Fausto Nuptiarum honori Reverendi & Erudit Viri Dn. Hardwigi Hanen
Ecclesiae Christi in Rekenitz Pastoris vigilantissimi, ducentis in matrimonium
Familiae & pietatis laude commendatam Virginem Catharinam Gladoviam**

Güstrov[i]: Waltherus, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777515482>

Druck Freier  Zugang



V O T A
Fausto Nuptiarum honori
Reverendi & Erudit*i*
Viri

D N. HARDWIGI
H A N E N

Ecclesiae C H R I S T I in Refectio
Pastoris vigilautissimi, du
centis in matrimo
nium

Familia& pietatis laude coquimendatam

V I R G I N I M

CATHARINAM
GLADOVIAM

S C R I P T A

a
Familiaribus.



Gustrovi,

Typis Danielis Waltheri Typographi, Anno 1619.

21

131.



Res est Conjugium Venerabilis, attamen illud
Damnum venit improba rasa cohors
Dogmate: Tu, spredo falso, GALLE inclye
Myla,
Gestis te socio composuisse toro.
Proposito sic macte tibi, sacra munia obito
Fidi Presbyteri, Conjugis atq; probit
Vivite felices NEONYMI HI, sospiter alma
Vos bonitas JOVÆ, servet & incolumes.
Adsit Eros procul absit Eris; Tunc qvod rogo totus
Ditabunt vestram commoda mille domum.

Henrius Joachimus Berndess, G. p. t. R.
Sed qvo Te accipiam versi i qvo proseqvar ore
Iuvæ dabo documenta, tuæ, Charissime Sponse
qvod mihi lætitiae sint & dulcedinis intus
instillent guttam, tæda ? transmittere possum
qvæ mei monumenta tibi? modo vera farebor;
Par erat, ut longo te carmine & arte polito
prosequerer: par fasq; erat aurca dona darem: nam
perspectus teneris tuus est mihi candor ab annis
æqualisq; mihi semper fuit ardor ad artes
ingenuas tecum, (qvas Tu tamen usq; colebas
successu meliore, Scholai ex limine primo)
una fides, mens una, animusq; in fædere concors.

nos grata compage revinxerat. Aurea, sed non
mittere dona, queo, hæc, mihi quod satis aspera par-

ca

largitur Fortuna manus, nec gemmea texta,
quod mihi nulla, sed ingenio pollutia amore
pectora, & exiguum, sine comitu & lumine carmen.

Hæc cape parva, animi & mage contemnare

favorem

quam munus. Nec me, sed veniam, in criminè pone.

O Te felicem, fortuna tuosq; Hymenæos!

Omnes ante actæ en! tenebras & tædia vitæ,
angores omnes, dura omnia, & omnia amara

diluit una dies & caro munere pensat!

Jam frueris Sponsæ thalamo : Tibi Numen abunda

explet vota manusq; ; quid ultero deesse queraris?

O Te Felicem, fortunatosq; Hymenæos!

Ipse Sacer Vates, & Sacro Vate creatus

connubio Vatis natam, vincloq; perenni

accipis. haut istud sine mente & Numine Jovæ.

O Te felicem, fortunatosq; Hymenæos!

Hæcne placet Tibi permutatio signa reponi

pulverulenta Scholæ, ac ad sanctæ munia sortis

Te confers, veræ ut spargas documenta salutis

vicino agrorum traçtu, quo sponte secuta est

Nupta nova, & tantis submisit pectora fatis.

O Te felicem, fortunatosq; Hymenæos!

Non equidem invideo, letor magis, & mea quantum

metra possunt grator, quod in hunc allabere portum

felici rate: Me variis Fortuna procellis

in magno sale jaçtat adhuc ; Tulatus in ulnis

formosâ recubas Cathare (quæ vera Catharina).

22

Omnis enim labes à membris, nomine, corde
est procul) & blandis interseris oscula verbis.

O Te felicem, fortunatosq; Hymenæos!
Ecquæ meis tandem faciet Deus ocia Musis
æqvior, ut completere queam mea, svavis amicæ
errabunda, rato complexu, brachia: Sinon
(ahveror!) spes illa meis maturior annis,
& si non spes illa meis maturior annis,
cum Tibi plena tamen distendent horrea messes,
pinqvia, cum rudibus, vix credo ego semina, campis.

Sed Deus ista diesq; ferent, Jam suscipe vota
Crescitæ: parva Legat Matrls CatharInVLa gressVs
VeLLICet HartVVIglIVsq; Ve pII noVVs ora parentIs
Vos DeVs astra regens, preCor æq; VVs ab aXe gV-
bernet
annVat & VotIs præsentI nVMIne VestrIs.

SIt bene: SIt VobIs IVCVnDè sItq; Ve beatè
optabo, q; Vos pVrVs aMor sibI IVnXI honestè.

Plura quidem plures, & Ego quoq; pluria pos-
sem
sed claudio. Fac, vota mea haut sint irrita, Jesu.

Unum: Per dextram hanc, toties qvæ fidere
fausto,

Juncta tuæ est, per qvicq; erit Tibi dulce, fuitve
obrestor, cœpta servas virtute tenaci
fædera amicitia: de me Tibi qvicq; honestum est
qvicq; vel studiis possum, vel amore, viciissim
polliceare, tuis me totum mancipo votis.

Ego JOH. RØDE
S. P. O. F. S. O. V. S

nos grata compage revinxerat. Aur
mittere dona, queo, hæc, mihi quod sa
ca

Iargitur Fortuna manus, nec gemmea
qvod mihi nulla, sed ingenio pollent
pectora, & exiguum, sine comitu & lu

Hæc cape parva, animi & mage
favorem

quam munus. Nec me, sed venam, in

O Te felicem, fortuna tuosq; H
Omnes ante actæ en! tenebras & tæd
angores omnes, dura omnia, & omni
diluit una dies & caro munere pensat.
Jam frueris Sponsæ thalamo : Tibi Ne
explet vota manusq; ; qvid ultro dees

O Te Felicem, fortunatosq; Hy
Ipse Sacer Vates, & Sacro Vate creatu
connubio Vatis natam, vincloq; pere
accipis. haut istud sine mente & Numi

O Te felicem, fortunatosq; Hy
Hacne placet Tibi permutatio signa
pulverulenta Scholæ, ac ad sanctæ mu
Te confers, veræ ut spargas docume
vicino agrorum tractu, qyo sponte se
Nupta nova, & tantis submisit pector

O Te felicem, fortunatosq; Hy
Non eqvidem in video, lætor magis, &
metra possunt grator, qvod in hunc a
felici rate: Me variis Fortuna proce
in magno sale jaectat adhuc ; Tulatus i
formosæ recubas Cathare (qva vera



the scale towards document